



SERIES ALPHABETICA HUJUS  
VOLUMINIS.

<b>D:</b>	
De Actionum cessione.	pag. 952.
in successores universales.	972.
necessaria.	986.
Alienatione.	686.
A.R.P. et G.	123.
Affrecazione.	668.b.

<b>C:</b>	
De Cambiis.	- - 674.
Codicillis.	- - 392.
Collatione.	- - 271.
Comodato.	- - 538.
Conductio.	- - 612.
Conditionibus.	- - 344.
Conubiorū iure.	69. 75.
Constitutionibus.	43.
Contradiccionibus in nominatis.	650.
Cessione actionū.	952. 972.
Civitatis mutuo.	986.

<b>D:</b>	
De Decretis.	- - 45.
Delegatione.	- - 910.
Deposito.	- - 550.
Venientia et litis.	636.
Divisionibus iuris.	- - 1.
Dominio.	- - 123.

<b>E:</b>	
De Errore.	- 748.
Exhibitionib.	- 626.
Excusatio except.	924.

<b>F:</b>	
De Fidei.	- 709.

<b>I:</b>	
De Institutione Heredit.	- 309.
Inventario.	- 412.
Integri restitutio.	- 808.
jures divisionibus.	- 1.
jures connubio.	- 75.
representatio.	- 728.
releptionis.	- 887.
innominitis geribas.	- 650.

<b>L:</b>	
De Legitimatione.	- 83.
Legitima.	- 237.
Locatione.	- 612.
Legibus.	- 17.
litis denunciatione.	- 636.

<b>M:</b>	
De Majesta et detra.	- 98.
Metus restitutio.	- 832.
Monopolij.	- - 592.
Mutuo civitatis.	- 500.
Novatione.	- 896.
Optione.	- 381.

42

782

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ!  
DISPUTATIO JURIDICA  
PRIMA  
De  
**POENITENTIA**  
**IN GENERE**

Auctoritate, & Permissu Inclitae Facultatis Juridicæ,  
in celeberrimâ Academiâ Lipsiensi

*Habita,*

D. VI. Mensis Julij ANNO MDC XXXVII.

*PRÆSIDE*

**POLYCARPO VVIRTH,**  
Philos. & J. U. Doct.

*RESPONDENTE*

**M. MICHAELE VVIRTH.**

---

LIPSIÆ,  
Repetita Typis BAUERIANIS  
ANNO MDLII.



POETICARIA

IN GENERE

ANNO MDCCLXVII  
PUBLICATA A FRANCISCA  
MAGISTERIUS

PRAEFACTA

POETICARIA VIRTU

REBESCHI JACOB HANNIBAL

MICHAEL VIRTU

ANNOS MCCLXVII



## THESIS I.

**C**turi de POENITENTIA (quam materialiam singularem, peregrinam, & satis laboriosam in perquirendō passus ejus in corpore iuris existimat Guido Papa in tract. singul. de Pœnitentia, jur.) meritò dissertationem nostram ordinum ab eō quod in principio in omnibus disputationibus ex sententiā Aristotelis l. 11. Metaph. c. 5. & Ciceronis l. 1. de Orat. §. 54. fieri oportet, ut quid illud sit, de quō disputatur, explanetur.

II. Ea explanatio constat interpretatione nominis, & definitione rei ipsius. In illâ primum caput occupat scrutinium significacionis ex aliis unde oritur, non solum secundum affectiones vocis & proprietates Grammaticas, sed vel maximè ex inquisitione Dialecticâ causæ & rationis, cur nomen tale sit impostum isti rei, Forsterus l. 2. Observ. c. 1. quâ præcipue olim valuisse Stoicos, ait Cicero l. 1. de Offic. & polluisse Labeonem refert Gellius l. 13. Noct. Attic. c. 10. eosq; sequi JCTos nostros ex lectione Pandectarum manifestum est.

III. Operæ ergo erit Pœnitentia tam Grammaticam, quam Dialecticam originationem explorare. Et illa quidem Antiquorum, quæ apud jam citatum Gellium l. 17. Noct. Attic. c. 1. exstat, pœnitere ab eō, quod est penæ & pœnuria deducentium à re nostrâ alienior est; significat enim pœnitere tunc idem quod indigere: quo sensu Apulejum in Apolog. juvenem neq; corpore, neq; animo, neq; formâ pœnitendum dixisse notat Scipio Gentilis in Comm. add. Apol. n. 92.

IV. Verum arbitramur, quod Glossa in Rubr. Dif. l. de Pœnitent. docet, pœnitentia nomen descendere à verbô pœnitere. At nunquid hoc verbum ex vocibus, pœna & tenere, sit compositum, quemadmodum nonnulli arg. c. pœnitentia 4. Dif. 3. eōd, volunt,

an derivetur à pænâ, ut aliis (adversante licet Varrone l. 4. de Lingv. Latin.) placet, parùm certè interest: utrobique eadem militat ratio, quod in iis, quorum nos tædet, piget, pudet, pœna quædam esse videatur.

V. Magnoperè vero se nobis commendat Notatio Dialectica, quam Erasmo Roterodamensi tribuunt, nimirum pœnitentia dicì àponē tenendo, quod est posterius consilium priore repudiato capessere, cui appellations græcæ μετανοίας, μεταμελεῖας, & alijs à Juliō Polluce l. 6. Onomast. c. 20, collectæ respondent; queq; ad significationem, quam in Jure civili nomen habet, nos manu quasi dicit.

VI. Etenim, quod alterum caput est interpretationis nominalis, pœnitentiam considerant plures disciplinæ, unde etiam plures σημασίας habet, è quibus præprimis indicada huic nostro instituto conveniens. Proinde removemus primò significationem Theologicam, quā tum pro dolore ex agnitione peccati, & impietatis concepto, tum pro universâ hominis peccatoris cōversatione accipitur. Gerhardus Tom. 3. Loc. Comm. Theol. de Pœnit. c. 2.

VII. Amandamus quoq; eam pœnitentiæ notionem, quā Philosophia Moralis considerat, in quā importat passionem animi, (quam aliqui virtutem appellant,) sive adfectum laudabilem, quō non sine dolore, vel tædiō vel verecundiâ emendatum cupimus, quod prius perperam egimus, cum proposito sequendi meliora. Simplicius in Comment. ad Enchir. Epist. c. 38.

VIII. Insuper etiam habemus illam pœnitentiæ usurpatiōnem, quæ apud Juris Canonici Interpretes in usu est, & inde Canonica nuncupari potest, pro externis signis resipiscientiæ, quæ sunt confessio publica, & satisfactio pro delictis per opera à Pœnitentiariis imposta. c. ecce nunc. 39. c. perfecta 40. Dīst. 1. c. pœnitentia 4. Dīst. 3. de Pœnit. Rubr. & t. t. X. de Pœnit. & remiss. Tūrcrecremata in Comm. ad proœm. d. Dīst. 1. v. his breviter n. 31. Gregorius l. 2. Synt. Jur. Civil. c. 8. n. 1.

IX. Propria autem & legalis Pœnitentiæ significatio est, quæ sumitur pro quacunq; consilio, aut propositi, placitive, ex quō aliqui jus vel datur, vel auferitur, immutatione, & actus sive nego-

negocii aut facti circa jus & justum versantis obortā displacentia,  
& hiis oriunda ejus correctione. arg. l. si judex 41. ff. de Minor. l. si pe-  
cuniam 5. §. item si quis 2. ff. de Condit. cauf. dat. cauf. non fecit. l. cum his  
status 32. §. pœnitentiam 3. ff. de Donat. int. vir. & uxor. Baldus in l. i.  
n. 29. C. defurt.

X. Unde pro vocabulō pœnitentia in legibus συνονόμως  
positum invenitur mutatum consilium, l. quid sit 17. §. 1. ff. de edil.  
edit. l. qui eā mente 65. ff. de furt. mutata voluntas, l. si convene-  
rir 18. ff. de jurisdic. l. si pœnituit 7. ff. de divor. & repud. ambulato-  
ria voluntas, l. cum hic status 33. §. 3. ff. de Don. int. vir. & uxor. l.  
quod siterum 4. ff. de adim. vol transfer. legat. contraria voluntas,  
priori scilicet placitō, l. l. C. simancip. ita fuer. alien. ut manumitt.

XI. Sic ibidem pro pœnitere legitur mutare consilium, l.  
nemo 75. ff. de R. J. mutare voluntatem, l. servum 44. §. si area 4. ff.  
de legat. l. desistere, decedere, l. Papinianus 8. §. meminisse 14. ff. de  
inoffic. testam. recedere, pr. J. de Emt. & Vendit. discedere, renunci-  
are, l. scut. 5. C. de O. & A. nūncium remittere. l. in potestate 10. ff. de  
sponsal. l. profectitia 5. §. uts. ff. de jur. dot. variare. l. nonnunquam  
8. ff. de Collat.

XII. Atq; hæc de interpretatione nominis Pœnitentia, cu-  
jus substantiam, & conceptionem propriam definitio ostendit,  
qua totius exactæ & methodicæ disputationis fundamentum est,  
ut inquit Everhardus in Topic. Legal. loc. à Definitione n. 4. Cūm  
autem ab Autoribus nostris nulla tradita sit, ex propriâ senten-  
tiâ, & quasi in experimentum concinnatam damus sequentem:

XIII. POENITENTIA est RETRACTATIO JU-  
DICII ANIMI, IN EO, QUOD DE JURE MALE NO-  
XIEVE ACTUM EST, AD PRISTINUM STATUM  
RECUPERANDUM, AC DAMNUM VEL OMNE VEL  
EX PARTE AVERTENDUM SECUNDUM LEGES  
DECLARATA.

### §. I.

XIV. Huic definitioni ut sua constet veritas, singula ejus  
verba expendere & exponere convenient. Et generis locum obti-  
net.

tinct retractatio, quae est iterata, & ex integrō instituta tractatio ejus quod actum est. *l. non solum 39. §. ult. ff. de Procur. l. un. C. de sentent. adv. fisc. lat. retract. lib. 10. junct. l. un. C. de sentent. experic. re- citand. & l. infraudem 45. §. quoties 8. ff. de jur. fisc. Nov. 82. c. 12.*

XV. Additur judicii animi, eō sensu, quod retractatio erroris dicitur in *l. calculi* 8. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. Judicium animi verò denotat hic voluntatem, quæ deliberatione, destinatio- nate, & certa scientiâ liberè & non coacte ad aliquid consciendum, vel expediendum movetur. *arg. l. quicquid 48. junct. l. in to- tum 76. & ibi P. Faber. n. 24. l. pupillus 189. ff. de R. J. l. obligari 43 ff. O. & A.*

XVI. Dicitur porrò in eādem, in eo quod de jure male noxi- ē actum est, ut cognoscatur per pœnitentiam retractari quod actum est etiam judiciō animi, sive, ut Baldus in *l. quidam* 20. n. 16. *C. de jur. delib. loquitur*, deliberatâ animi acceptatione ejus, quod placuit, sed quod post aliquod tempus ēn̄ δευτέρων Φρονίδων dis- plicere cepit, & aliter, immo incontrarium agere conducibilis vi- detur.

XVII. Id confirmatur ex oppositō ejus, quod est perseve- rantia; *d. l. quicquid 48. ff. de R. J. l. donatio 3. de donat. int. vir. & uxor.* quæ cum sit ἔμπονος διάγεστα τῆς διανοίας, i. e. stabilis con- tinuatio judicij animi, sicut ex traditioñ à P. Fabrō add. *l. 48. n. 12.* colligitur; consequens est, pœnitentiam esse ἐτρέψαντις βεζχέ- ας διανοίας ή Ελημυτρός, i. e. alterationem, sive transmutatio- nem brevis judicij aut consilii in aliud, *arg. l. qui eā mente 61. ff. de furt. l. i. C. de Revoc. don.*

XVIII. Unde cognoscitur *primum substantiale requisitum* pœnitentiae in actu in quō pœnitet, scilicet gestio ejus consulto non temere, sponte non coacte, destinato non dubitanter perfecta: nam pœnitet nisi in voluntariis rebus propriè non dicitur; *Gellius l. 17. Not. Attic. c. 1.* & id est judiciō facere, cui nihil magis contrari- um quam impetus, & ignorantia; *l. quicquid 48. ff. de R. J.* sicut voluntati & animo error vis, & metus. *l. nihil 16. ff. de R. J. l. cūm- testamentum 8. cum seq. C. de Jur. & fact. ignor.*

Atq;

XIX. Atq; idēō actus impetu quōdam animi gestus, veluti cūm per ebrietatem ad eum venitur, arg. l. proficiendum n. §. pen. ff. de pen, aut cūm ex laicivitā vel levitatis insanitā suscipitur, arg. l. omne b. §. qui se vulneravit 7. ff. de re milit. l. un. C. si quis Imper. maledix, pœnitentiā retractari non recte dicitur. Quamvis enim hujusmodi actū aliquando rescindatur, id tamē sit, quod propter defecutum veri judicij animi subsistere non potuerit. arg. c. unusquisq; 8. XXII. q. q. cap. à crapulā 14. X. de vir. & hon. cleric. junct. §. furiosus 8. cum seq. J. de Inut. stip. Borcholt. de Pat. c. 3. n. 13. Alber. Gentilis l. 3. de Nupt. c. 8.

XX. Eōdem modō se res habet cum actū per ignorantia factō, quæ non supina, sed probabilis; nam & haec ab observatione ejus, quod actum est, excusat, l. 3. l. pen. §. sed facti 2. ff. de jur. & fact. ignor. l. tutor. 16. §. 1. ff. de pignor. act. l. cum sex mensis, 55. ff. de adil. edict. l. heredem 17. ff. de his, que ut indign. & negocium vel impedit, atque retractari facit. l. ult. C. de jur. & fact. ignor. l. qui cum tutoribus, q. §. qui per fallaciam 2. ff. de transact. l. et si consensum 15. §. 1. cum l. seq. ff. de contrah. emt. Costa de Fact. scient. & ignor. inspect. 25. n. 1. & 20.

XXI. Sic etiam errore actum retractari, & venia ejus impetrari, §. si quis agens 33. v. sanè si tam magna, J. de Att. l. ex emiō n. §. si quis virginem 5. ff. de act. emt. l. calculi 8. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. & quodvi metuvē gestum rescindi, nec ratum esse solet, l. 1. l. metum 9. §. sed quod Prator. 3. l. simulier 21. §. 1. cum l. seq. ff. quod met. cauf. non tamen per pœnitentiam interpositam, sed propter nullitatem ipsa principia actus vitiantem. l. sper errorem 15. ff. de jurisdict. l. in omnibus 57. ff. de O. & A. l. si privatus 17. ff. qui & à quib. manum. Dd. ad l. in totum 76. ff. de R. J.

XXII. Ex quō elicitur secundum substantiale requiūsum, confiancia actus in quōpenitet: idque indicant verba definitionis, in eo quod de jure attum. Nec enim nostra considerationis sunt indistincte omnes actus, qui pœnitentia objiciuntur, sed illi saltem qui ad jus pertinent, & ex quibus in commerciis hominum jg oritur, agentiq; vel datur, vel adimitur,

vel

vel alteri etiam confertur, voluti infra §. 4. & in subsequentibus  
disputationibus latius docebitur.

XXIII. Eaç propter inactitatem, qui jure non subsistit, cuius-  
modi alienatio pupilli sine tutoris auctoritate, l. obligari q. ff. de  
auctor, tutor, intercessio mulieris pro aliò facta, l. 1. §. 1. si mulier 16.  
§. 1. ff. ad SC. Vellei. & alii quamplurim pccentientia ne moindiget  
quod enim ab initio nullum est, quoniam nihil officit, l. 1. §. ult.  
ff. quod quisq. jur. l. nec nos 4. C. de postlim. revers. retractionem.  
non desiderat. arg. l. cum magistratus 4. cum l. seq. C. quand. provos.  
non est necesse.

XXIV. Ethoc consequens est ratio substantiali designatione  
verbis, male nascive actum; scilicet quoad effectum juris inde ori-  
undi, qui bonus, utilis, & proficuus in ipso est sperabatur. Cau-  
sam quippe penitendi praebet tum amissa quadam utilitas, ac  
damnum emergens, arg. l. 32. §. 3. ff. & l. 2. C. de don, int. vir. &  
uxor. l. non unquam 8. ff. de Collat, tum indignatio ex iniquitate fa-  
cti alieni concepta, l. 2. C. de Libert. & eor. liber. tum pudor ex  
proprii turpitudine & infamia obortus. l. imperialis 23. C. de Nupt.

XXV. Quod pertinet & illa definitionis verba, ad pristimum  
statum recuperandum, ac damnum vel omne vel ex parte avertendum,  
sinem & effectum pccentientiae demonstrantia. Id enim inten-  
dit penitens, ut factum, quantum possibile, infectum fiat, &  
actum pro non acto habeatur; arg. l. sequitur 4. §. item Labeo 10. ff.  
de Ius cap. unde procedit recuperatio deperditæ utilitatis, arg. l.  
si pecuniam 5. §. 2. ff. de Condit. caus. dat. caus. non secut. l. quem pe-  
nitet. 5. ff. de Cess. bonor. & aversio damni vel omni vel aliquâ sal-  
tem ex parte. arg. l. quamvis 11. ff. de injus voc. l. 3. C. de his qui sib.  
adscrib. in testam. Nov. 18. 4. 5.

XXVI. Quarum substantiali requisitum verbis jam rela-  
tis insinuatum est habilitas persona penitente voluntis, de qua mox  
in §. 3. specialiora proferentur. Quintum vero est declaratio re-  
missionis per signa externa ad producendum effectum juris suffi-  
cientia: arg. l. cum hic status 32. §. sed ubi 4. ff. de Donat. int. vir. &  
uxor. siquidem leges ea, quæ foras non proferuntur, negligunt, &  
judicium in mente retentum nullâ dignantur efficaciâ. arg. cap.  
non

*non potest 21. de prebend. & dignit. in 6to Quintinu ad cap. intelligentia 6. X.  
de V. S. libet*

**XXVII.** Oportet autem declarationem istam fieri *secundum leges*, sive *legitimè*, &c. iisdem modis, & illò tempore, iuxta quos, & intra quod pœnitentiam exercere leges ordinant. Etenim sicut alias ubiq; injure quomodo & quando formam actus cuiusq; ingrediuntur, quā non servatā inutilis redditur, & nihilii: arg. d. cūpbi 8. §. si Prætor. 17. ff. de Transf. l. scire 13. §. consequens 4. ff. de Excusat. ita & suos modos habet pœnitentia, sub quibus fieri debet, mox sequenti §. 2. indicando.

**XXVIII.** Habet quoq; tempus, cuius oportunitas attendenda, si quis effetus ex illà exspectatur; quod pro diversitate actuum diversum est. In genere definiri potest illud, *in quō res vel causa adhuc est integræ*: §. rellè 9. §. mandatum 11. J. de Mandat. l. ita denum 13. C. de Procur. l. 1. & ult. C. quand. lic. ab emt. reced. l. 2. ff. de rescind. vend. l. cuius bonis 9. ff. de Curat. furios. Paulus l. 2. Sentent. tit. 15. in pr.

**XXIX.** Integra verò dicitur *res vel causa* 1. quando seduci potest ad statum priorem: l. sequitur 4. §. item Labeo 10. ff. de Usucap. l. infraudem 15. ff. de Testam. milit. l. ult. §. sive rō 4. v. sicut averit C. de Episc. audiunt. 2. quandiu negocium nondum est explicatum, sive plenè finitum: d. l. cuius bonis 9. ff. de Curat. furios. Nov. 4. c. 2. v. contra principales. elem. un. de Renunc. 3. antequam tertio jus quæsumum est, nec in eius præjudicium, aut injuriam pœnitentia retractantis vergit. l. nemo 75. & ibi Dd. ff. de R. J. cap. mutare 38. & ibi Peckius eod. in 6to junct. l. ult. ff. de part.

**XXX.** Hæc pro explicandâ definitione protulisse jam sufficiat, excipit illa juxta usitatam Disputantium methodum *Diviso*, & expostio specierum, quas Pœnitentia habet. Summam autem arbitramur illam, quam invénimus apud Donellum l. 14. Comment. Jur. Civil. c. 29. in JUDICIALEM, ET EXTRAJUDICIALEM, quæ dupliciter accipi potest.

**XXXI.** Primò ut de sumta ab objecto, sive actibus in quibus possit: & ita Pœnitentia Judicialis est, quæ retractantur actus ad judicium sive processum pertinentes, aut propter talē coram magistratu instituti; qualis est pœnitentia Actoris, arg. l. edita 3. C. de Edend. l. ult. C. de plus petit. Rei, arg. l. de atate 11. §. ult. ff. de Interrog. Judicis, arg. l. post sententiam 9. C. de sentent. & interloc. Extrajudicialis verò, quæ revocatur

*cantur ad hūs judicium sive processum nō concernentes, nec ejus in-  
tuitū gesti, qui in commerciis & aliis negotiis hominum cotidiē inter-  
venire solent.*

XXXII. Deinde ut desumpta à modis, quibus poenitentia ex praescripto Legum expeditri debet. Nam vel per simplicem & solam declarationem voluntatis mutatae, modo certa sit, & evidens, resolvere actum male noxiēve gestum permittunt, l. 32. §. 3. ff. de Don. int. vir. & uxor. l. si quis alicui 27. §. qui mandatum 3. ff. Mand. l. si cūm dōtem 22. §. eō autem 5. ff. sol. matrim. quod ut plurimū fit: vel certos actus mediante actione (quād judicium passim nominari Dupondii juris novērunt,) & sententiā judicis retractare jubent. l. cūm te 6. C. de pacl. int. emt. & vendit. l. 1. C. de liber. cauf. l. ulti. C. de revoc. donat.

XXXIII. Secundūm quæ, cum Donellō loc. citat, statuimus *Poenitentia Extrajudicialis* esse refractionem actus male noxiēve gesti vel per actionem adversariō in jus vocatō (unde omnis actionis & judicii principium proficiscitur, s. ult. 3. de pén. tem. litig.) institutam d. II. & l. 2. C. de Libert. & eor. liber. l. his solis 7. C. de revoc. donat, vel per implorationem officii Judicis faciendam: cuius exemplum præbet d. l. 2. C. de Libert. & eor. liber.

XXXIV. *Poenitentia Extrajudicialis* autem nobis est retractatio actus sive apud magistratum, sive privatum gesti citra interventum judicium aut judicis nullum sufficienter declarata. arg. l. 2. §. ult. C. de error. Advoc. l. de etate 11. §. ult. ff. de Interrog. l. sed si pupillus ii. §. 2. 3. 4. ff. de Instit. act. l. si penituit. 7. ff. de Divort. l. uxori 22. ff. de Don. int. vir. & uxor. Nov. 18. c. 5. quæ aliquando certas solennitates depositit, veluti in Disp. seq. IV. cūm de testamentō sollempni agetur, apparebit.

XXXV. Porro tam *Judicialis*, quād *Extrajudicialis* Poenitentia rursum dispescitur in EXPRESSAM, atq; TACITAM. arg. l. in ijsius 5. C. famil. hercif. l. alia 8. C. de his quib. ut indign. hered. aufert. l. si quis ita 3. §. ult. ff. de adim. vel transfer. legat. l. milites 13. §. ult. ff. de re milit. Donellus l. 14. Comm. jur. Civ. c. 29. Menochius de Præsumt. l. 3. præsumt. 37. n. 10. Gilhausen p. 7. Arbor. Judic. c. 6. §. 58. n. 5.

XXXVI. *Poenitentia Expressa* constat verbis linguae figuratis, aut per scripturam prolatis; l. 1. C. de liber. cauf. l. cūm profitearis 4. C. de revoc. donat. l. 32. §. 3. ff. de Don. int. vir. & uxor. l. Divi 13. l. libertus 29. ff. de adim.

adim, vel transfer, legat, junct. l, non figura 38. ff. de O, & A, quæ si vivâ voce sit, undecunq; cognita effectus suos producit; melioris tamen probationis causâ consultius est, si per testationem, i. e. in præsentia duorum testimoniū fiat, arg. l, si filius fam, 16. ff. de SC. Macedon, l, 2. ff. de nau-tic. fœnor. l, qui Rome, 122. in pr. ff. de V, O. junct. l, ubi 12. ff. de Testib.

XXXVII. Tacita Pœnitentia tripliciter dici potest; nam tot si-gnificationes nōmē taciti haber. Primo, quæ non ex verbis ipsis, sed ex consequentiâ orationis colligitur, veluti ex translatione legati præsumitur mutatio voluntatis, & per eam ejus ademtio. l, quod si alii 7. ff. de adim, vel transfer, legat. Secundo, quæ ex rei naturâ aut influxu ju-ris consequitur; exemplò sit, quæ præsumitur in actibus quibus vi ipsâ conditio inest. arg. l, i, in pr. & §. ult. ff. de Condic, & demonstr. l, ult. in-pr. ff. de legat. 2.

XXXVIII. Tertiò & præcipue Tacita Pœnitentia vocatur, quan-do mutata vel priori contraria voluntas signis & factis declaratur, : quæ admodum varia sunt, & multiplicia: pauca vice exempli referemus. In donatione inter conjuges tacitè pœnituisse Donatorem, intelligitur ex qualicunq; rei donatæ alienatione, l, si maritus 12. C. de Don. int. vir. & uxor. item pignoris datione, l, 32. §. 4. ff. cod. nec non ex divortiō. d, l, 32. §. si divortiū 10. ff. cod.

XXXIX. Sic colligitur pœnitentia ex inductione, & cancellatiōne scripturæ, l, nihil 17. ff. de adim, vel transfer, legat. ex inimicitia capitali obortā, l, si quis ita 3. §. ult. cod. l, si inimicitia 9. ff. de his que ut indign. aufer. ex lini & signorum incisione, l, pen. C. de Testib, ex combu-titione instrumentorum, l, si apud 2. C. de revoc, donat, ex intermissio-ne actionis captae, l, alia 8. C. de his quib, ut indign. hered. aufer. ex resti-tutione fugitiū, l, i. §. 1. ff. de fugitiū. ex redditū desertoris &c. l, milites 13. §. ult. ff. de re milit.

### §. III.

XL. Descriptis ita pœnitentia speciebus, videamus nunc, quæ personabiles sint ad pœnitendum. Et existimamus habilitatem illarum in tribus consistere: 1. ut judicium animi habeant, nec propter ejus naturalem defectum, aut à lege præsumtam insufficientiam ab actibus juris liberè lascipendi, & expediendis prohibeantur; 2. ut quæ egerunt sponte suâ egerint; 3. ut id in quod pœnitet fuerit actus

Solius pœnitentis, non alterius simul, ut ipse, qui egit datum, ex acti-  
gesto proveniens agnoscat, non alius. Hæc enim requisita definitio  
pœnitentia in ambitu suo continet.

XLI. Quamobrem propter defectum primi requisiti pœnitere  
nequeunt infantes, & infantæ proximi; quia hujusmodi atatus pueri  
nullum intellectum habent; §. papillus 9. ff. de inutil. stipul. Theophilus in  
pariph. ibid. proinde nec agendi aliiquid de jure facultatem. In his ta-  
men casibus, in quibus patres vel tutores nomine eorum tale quid a-  
gere permittuntur, l. si inanti 18. C. de jur. delib. l. i. §. 2. ff. de admin. &  
peric. tut. quin etiam eos pœnitere possit, si lex non obstat, rationem  
haber.

XLII. Eadem est hæc passu conditio furiosi, cuius nulla vo-  
luntas, l. qui servum 47. ff. de A. vel O. H. nulla actus constantia, l. i. §.  
furiosum 12. ff. de O. & A. l. si à reo 70. §. pen. ff. de fidejuss. & qui habe-  
tur in ipsò ἐγώ loco dormientis, absentis, atq; invitati; l. i. §. furiosus 3.  
ff. de jur. codicil. l. in eo 45. §. de rit. nupt. l. ubi 124. §. i. ff. de R. f.  
itaq; pro ipsò curatori ejus, sicut agere, sic quoque pœnitere licet, ubi  
lex impedimento non est. arg. l. consilio 7. ff. de Curat. furios. junct. l. si  
pater 3. C. eōd.

XLIII. Similiter nec prodigo, sed ipsius Curatori facultatem  
pœnitendi exercere permisum arbitramur; siquidem & ille quoad  
bona furiosum exitum facit, l. his qui 12. §. ult. ff. de Tutor. & Curat. dat.  
& furiosi instar habet. l. is cui bonis 6. ff. de V. O. l. furiosi 4. ff. de R. J.  
Quod etiam intelligendum est de omnibus, qui rebus suis superesse  
non possunt, & propterea in cura aliorum vivunt. §. sed & mente capti  
4. J. de Curat. d. l. 12. ff. de Tutor. & Curat. dat. l. 2. ff. junct. l. spater 3. G.  
de Curat. furios.

XLIV. Pari gradu cum his venit meretrix, si admittimus, quod Ac-  
cursius in l. & mulieri 15. ff. eōd. & Cujacius in Comm. ad Paul. l. 3. sentent.  
tit. 4. §. 6. adserunt, mulierem luxuriosam, cui bonis & facticii testa-  
menti interdicitur, significare meretricem. Verum melior videtur sen-  
tentia Fornerii, l. 2. selection. c. 5. qui loca jam notata accipienda esse,  
docet de muliere, quæ sicut Quartilla & Tryphana Petroniana nepo-  
tationi indulget, & petulanter, sumtuosè, atq; prodigè vivit, cum ho-  
nestam esse oporteret: maximè, quia meretrices quoq; testamenti fa-  
ctionem habuisse claret ex historiâ Fecenniæ Hispalæ meretricis a-  
pud Livium l. 39. c. 9.

Acce-

**XLV.** Accedamus jam ad pupillos pubertati proximos, & quā rem, quam agunt, intelligunt. Horum aētus, ex quibus ipsi aliis de-  
vinciuntur ubiq; ferè gentium legibus infirmantur, & jure quidem  
civili adeō, ut ex illis nec naturalis obligatio nascatur: *l. quod pupillus*  
*41. ff. de Condit. indeb. l. Julianus 13. §. si quis à pupillo 29. ff. de Aēt. emt. l.*  
*pupillus 59. ff. de O. & A. nisi Tutoris auctoritas intervenierit; pr. J. de Au-*  
*tor. Tutor. l. more 8. ff. de A. vel O. H. vel locupletior inde factus sit. l. na-*  
*turaliter 13. §. l. de ff. Condit. indeb. l. pupillus 5. ff. de Autor. tutor. Cujacius*  
*in l. si pupillus 59. ff. de V. O. Vultejus Discept. Scholast. c. 16.*

**XLVI.** Ex quō inferimus, si pupillus sine tuteore auctore egit,  
quod ipsi detrimentum adfert, vel male cecidit, non opus ei esse pœni-  
tentia; per ea, quæ dicta sunt supra §. 1. b. 24. fin autem aētus cum au-  
toritate tutoris gestus pœnitentia indiget, absq; tutoris auctoritate,  
interveniente illam legitimè declarari non posse; siquidem naturæ  
cōvenit, unūquodq; dissolvi eō modō, quōd est colligatum *l. nihil 35. ff.*  
*de R. J.*

**XLVII.** In delictis tamen, & causâ dolii commissi ex jam recen-  
sitis personis sine adstite jure optimō pœnitere potest, quæ ad pœ-  
niam firmiter obligantur; nimirūm pupillos dolii capaces, *l. sed & si*  
*§. 2. v. quod si impubes ff. ad L. Aquil. impuberem 23. ff. de furt. furiosos,*  
*qui intervalla sanæ mentis habent, l. Divisi 4. ff. de Offic. Pres. l. apud*  
*Celsum 4. §. de dolō 26. ff. de dol. mali. & met. except. dementes quoq; , &*  
*magis prodigos, arg. l. pen. ff. de incend. ruin. naufrag. Vazquius de suc-*  
*teff. resolut. l. 1. § 3. n. 40. Clarus l. sentent. §. fin. qu. 60.*

**XLVIII.** Sed quid de Minote XXXV, annis statuendum? Distin-  
guimus inter eum, qui curatore caret, & eum, qui curatorem habeat.  
Priorem pœnitere posse indubium: nulla enim in agendo inter eum  
& maiorem est differentia: *arg. l. obligari 43. ff. de O. & A. & adjuvan-*  
*dæ talium pœnitentia introducta sunt restitutioes in integrum, per*  
*quas judicialiter pœnitit in aētibus & causis, in quibus majorum pœ-*  
*nitentia est frustranea. l. si curatorem 3. C. de in int. refit. l. un. C. si in-*  
*Commun. ead. caus. & titulis pluribus sequentibus.*

**XLIX.** At circa pœnitentiam posterioris distingvendum inter  
aētus: nam ubi absq; auctoritate curatoris ille non subsistere potuit,  
*d. l. 3. C. de in integr. refit. Lyclama l. 7. Membran. ecl. 15. Forsterus de paci.*  
*c. 5. evidens est, absq; eadem nec valere posse minoris pœnitentia, arg.*  
*l. ferè 153. ff. de R. J. ubi verò auctoritas necessaria non est ad*

firmitatem actus, veluti in matrimonio, l. sciendum 20. ff. de rit. nupt. & restituzione fideicommissi, l. 1. §. fuit 3. ff. ad SC. Trebell, ibi nec ad poenitentiam, arg. l. prout 80. ff. de solut.

L. Atq; haec distinctiones videntur in actibus, qui sunt extra judicium. At in actibus, qui coram magistratu geruntur, si poenitentia in illis locus datur, curatorem adhiberi oportet, ut trata sit minoris poenitentia: quoniam sive eō personam in judicio standi non haber, §. invit. 2. J. de Curat. l. 2. C. qui legit. person. stand. in jud. hab. l. in universis u. C. qui tutor, vel curat. dar. poss.

LI. Minoribus sociamus mulieres, quas imbecillitate sexus, consilii inopia, & rerum civili ignorantiā laborare prudentes docent, l. 2. §. verba 2. ff. ad SC. Vellejan. l. regula 9. ff. de jur. & fact. ignor. Eaq; propter moribus apud nos receptum, & constitutione D. Augusti Electoris Saxonie sancitum, p. 2. c. 15. ut quae mulier non solum in judicio, sed etiam extra illud (quod jure Saxonico communi dubium erat, teste Rosā in not. ad Moller. ad d. const. n. 2.) egit, non valeant, nisi adhibita sit auctoritas curatoris, exceptis certis casibus ibi nominatis.

LII. Cum quibus concordat Jus Civile antiquum, (Justiniano disper) eodem enim etiam foemini puberibus tutor perpetuus, similis curatori minoris, dabatur, qui quidem earum negotia non administrabat, sed auctoritatem solum interponebat in judiciis, obligationibus, gestione negotiorum civilium, confectione testamenti, manumissioni, & alienatione mancipiorum. Ulpianus in fragm. Inst. tit. 2. §. 11. 12. tit. II. in pr. §. 24. Et pen. tit. 20. §. pen. Cicero in Orat. pro Muren. Livius l. 34. c. 2. & 7. & l. 39. c. 9. Plutarchus in Num. c. 9. Apuleius in Apolog.

LIII. Porro propter defectum secundi requisiti peccantia non indulgetur filiis fam. & servis in illis actibus, & negotiis, quae iussu patris dominive suscepereunt: quoniam velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini; l. velle 4. ff. de R. J. imperio auctem & iussui vis quodammodo subest, l. qui in alienā 6. §. ult. ff. de A. vel O. H. quae omnem actionem invitam reddit, & involuntariam. Aristoteles l. 5. Ethic. Nicomach. c. 10. Manica l. 1. de conseſt. ultim. volunt. tit. 3.

LIV. Eadem causa est eorum, quos officium mandata superiorum exequi cogit, non libera voluntas impellit: arg. l. atquin. 19. §. si libero 2. ff. de negoſt. gest. l. non videntur 167. ff. de R. J. necessitas quippe obſer

obsequii excusat, etiam in actū, qui legibus prohibetur, & puniuntur.  
*l. liber homo* 37. ff. ad *L. Aquil.* l. *Senatus* 5. ff. ad *L. Cornel.* de fals. *l.* is da-  
 mnum 169. ff. de *R. J. Grotius* l. 2. de *jur. bell.* c. 26. §. 4. quod tamen fallit in  
 atrocioribus, nefariis, ac naturaliter turpibus delictis, ubi / verbis *Plinii* l. 3. ep. 9.) ministerium crimen est. *l. servus* 20. ff. de *O. & A.* l. ad ea. 157.  
 ff. de *R. J. Farinacius* prax. crimin. qu. 97.

*LV.* Tertiū requisitū defectus conspicitur in his, qui pœnitentē volunt in conventionibus, quas cum aliis celebrarunt: quia nam illæ non unius, sed duorum plurimve in idem placitum consensu con-  
 stant. *l. 1. §. 2. ff. de pact.* non nisi omnium partium mutatā contrariāq;  
 voluntate retrō agi, & resolvi possunt. *l. juris gentium* 7. §. quinimos 5. cum seq. *l. ab emtione* 5. §. ff. de pact. *l. pacta* contenta 72. in pr. ff. de contrah. emt. *l.*  
*emtio* 3. ff. de rescind. vend. *l. 2. C.* quand. lic. ab emt. disced.

*LVI.* Ex quartō autem requisitō sequitur ius pœnitendi per-  
 sonam primam non egredi, nec ad heredes & successores transire: *l. si*  
*quis* 3. ff. de serv. export. *l. cum bic statu* 32. §. 3. ff. de *Don. int. vir. & uxor.* *l.*  
*ult. C. de revoc. donat.* utpote quod voluntatis est, *d. l. 32. §. 3. cōd.* quæ morte cessat, & exstinguitur, sed non revocatur. *l. locatio* 4. ff. *locat. con-*  
*dusit.* *l. ult. ff. qui fin. manum. ad libert. perven. cap. si gratiosè de Rescript.* in  
*Grō. Fanarius de Moment.* c. 8. n. 1. & 3.

*LVII.* Sitamen manifeste constitutus defunctum habuisse ani-  
 mum pœnitendi, & antequam illum ritè declarare potuerit, fatis præ-  
 ventum decepsisse, & heres illud probaverit, tunc ipsi licentia datur,  
 pœnitentiam defuncti execuendi, & legitimè consummandi. *d. l. 32.*  
*§. 4. ff. de Donat. int. vir. & uxor. d. l. ult. C. de revoc. donat.* *Tapias in lult. ff.*  
*de Confit. Princip. p. 2. c. 18. n. 22.*

Fol. 1.

*LVIII.* Nonnunquam vero ius pœnitendi non dependet tan-  
 tum à voluntate personæ; sed venit ex ipsa natura actus, in quo pœ-  
 nitent, exemplò sunt contractus innominati, de quorū natura est pœ-  
 nitentia. *l. ult. ff. de Condit. caus. dat. caus. non sec.* & tunc ius pœnitendi  
 non intercedit cum persona primæ, sed transit in heredem: *l. 1. C. de*  
*rer. permitt.* utpote succedentem in omne ius defuncti, *l. heres* 37. ff. de  
*A. vel O. H.* & qui non debet deterioris condicōnis esse. *l. dolia* 76. §. 2.  
*ff. de contrah. emt. l. heredem* 59. ff. de *R. J.*

§. IV.

§. IV.

LIX. Hucusq; de habilitate personarum pœnitentium: restat in hâc generali dianēpsi consideratio objecti sive actuum, in quibus pœnitere permisum, vel nō, nimicum, ut supra rh. 23. dictum, illorum qui ad jus pertinent, & ex quibus jus oritur. Horum alii sunt in judicio, alii extra illud; posteriorum alii sunt liciti, & permitti, alii illiciti & vetiti; ex illis rursum alii vocantur ultimæ voluntates, alii actus inter vivos, qui vel unius solius περγυα, vel plurium.

LX. Hiac actus, in quibus pœnitentia vim specialiter in subsequentibus Disputationibus deducturi sumus, in quinq; classes distribuimus; & primæ classis nominamus *Facta*, ejusmodi scilicet actus quos quis sibi soli facit extra judicium, ex quod vel sibi vel alteri jus aliquod datur, vel aufertur. arg. l. verbum 218. ff. de V.S. l. factum 155. ff. de R. J.

LXI. Secundæ appellamus *Conventiones*, quâ voce designantur omnes actus, in quibus, qui inter se agunt, negotii contrahendi, & transigendi causâ convenient, sive ambæ partes ex illâ obligantur, sive tantum alterutra: est enim nomen generale, l. i. §. conventionis 3. ff. de pact. l. in omnibus 55. ff. de O. & A.

LXII. Tertiæ sunt ultimæ voluntates quæcunq; in quibus aliquis de rebus suis post mortem suam disponit. l. i. ff. qui testam fac poss. l. ult. C. de Testam. l. fin. §. ult. C. de Codicill. Mantic. l. de Conject. ult. vol. tit. 4. n. 10. Quartæ vero maleficia & κακοπρηγα quælibet. l. i. & 2. ff. de LL. l. i. ff. si fam. furt. fec. dic. Gregorius l. 50. Syntagm. Jur. Civil. c. 1. n. 5.

LXIII. Denique in quintam & ultimam collocamus judicium, per quod vocabulum hîc intelligimus omnes actus, qui coram magistrati, & eô qui juris dicendi potestatem vel ex mandato ejus, aut delegatione, aut ex voluntate partium habet à litigantibus, aut ipsòmet instituuntur, & exercentur, prout supra significatum §. 2. rh. 31. Et tantum hâc vice,

ΔΟΞΑ ΘΕΩΣ.

00 A 6343

ULB Halle  
002 928 566

3



Rehe ✓ VD 17



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches  
Centimetres



+2  
TRXH!  
O JURIDICA  
IMA

TENTIA  
NERE

inclusæ Facultatis Juridicæ,  
Academiæ Lipsiensi

anno 1537.

SIDE

O VVIRTH,  
U. Doct.

DENTE

E VVIRTH.

IÆ,  
AUERIANIS  
Ioc LII.

782.